This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Henry Harford Esqr.

Digitized by Google


Digitized by Google

Henry Harford Esqr.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CŒLESTES
ET
INFERI.

Digitized by Google

Digitized by Google

CŒLESTES

ET

INFERI.

AUCTORE

D. FRIDERICO CALVERT

DE BALTIMORE &c. &c.

VENETIIS,

MDCCLXXI.

APUD ANTONIUM GRAZIOSI,

SUPERIORUM PERMISSU.

300. e. 44.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILISSIMO, ET PERCELEBRI VIRO,

AC DOMINO

D. FRIDERICO CALVERT

DE BALTIMORE &c. &c.

ANTONIUS GRAZIOSI

F.

Principi Viro, & præ cæteris omnibus potentissimæ patriæ proceribus genere, ingenio, dignitate, doctrina quam maxime

Digitized by Google

xime ſuſpiciendo quiſquis devoti, obnoxiique animi teſtimonium aliquod præbere geſtit haud hercle immerita nec levi ſolicitudine commovetur, ne illud exigui muneris parvitatem, tenuitatemque præſeferat. Id & ego binis ab hinc menſibus expertus ſum, cum perilluſtri NOMINI TUO Volumen Hiſtorici Operis, quod meis Typis edebatur, inſcriberem; & profecto hæſiſſem animo, niſi me humanitas illa tua excitaſſet, cujus ergo & optimo cuique probaris, & ipſe probas quantuloſcumque conatus hominis de re Litteraria ſoliciti. Sed nunc tandem fidenti animo id Tibi operis, VIR AMPLISSIME, do, dico, & conſecro, quod unum poſſit tecum dignitate & gratia certare; habes nempe recuſum illud tuum de CŒLESTIBUS, ET INFERIS Poema ſignatum Auguſti conſulis nota. Qua quidem in re fatebor ultro nonnihil me fortunæ, plurimum autem modeſtiæ tuæ debuiſſe. Nam cum perpauca exempla, eaque Regibus aut ſummis in Litterarum Republica viris, deſtinata excudiſſes, factum eſt, ut id incredibili quo-

dam

Digitized by Google

dam impetu tum a ſtudioſis viris expoſceretur, tum ab iis quorum ignaviam deſidiamque, tacito quidem, ſed admodum acri ſermone caſtigas. Hinc alii univerſam virtutum, vitiorumque hiſtoriam brevi volumine comprehenſam emetiri deſiderant; illinc plures famæ aures obſequentes non præbent, nec rentur fieri ullo modo poſſe, ut vir divitiarum copia, & generis nobilitate nulli privato ſecundus, temporis aliquod humanioribus hiſce ſtudiis indulgeat. Ita enim ſecum met ipſi reputant ſatis eſſe potenti ad familiaritates quidem parandas atque colendas in alea, in ganeis, in comeſſationibus, ad conciliandam vero famam in famulitio apparatu, & obæratæ cujuſdam, fatuæque magnificentiæ faſtu, quibus facillime vulgi ſuffragia captantur; cætera autem quæ ingenii, & doctrinæ ſupellectilem denotant, infœlici cuipiam, & malis auſpiciis nato permittenda, ut inde vel alimentum miſerrime ducat, vel gloriam ſectetur inanem. Nos illi faſtidiant, tueanturque inhonorum hocce nobilitatis patrimonium. Aſt tu beneficiis conferendis,

Digitized by Google

dis, antiquorum pretioſis reliquiis eruendis, moribus, vitiis, virtutibus, ingeniiſque populorum ſedulo inveſtigandis inter paucos emineas. Fortaſſis per te fiet (nec venient annis hæc ſæcula ſeris) ut aliquando mitioribus utamur iis, qui atavorum regum gloria, ac vetuſtate ſuperbientes, auroque & gemmis unice confiſi, eos omnes, queis mentes ſtudiis ſunt innutritæ, deſpiciunt, aut averſantur. Jam pluribus ab hinc annis principibus viris longinquas peregrinationes arripientibus fuiſti in exemplum, tunc cum ſophorum contubernio per Oceanum delato Regiam illam urbem appuliſti, quæ ad unius plane divini Αὐτοκράτορος *vocem e glaciali paludis cœno, ſqualleniique ſitu caput extulit altum. TE Scytharum fera ſoboles, apud quam ſtudia, arteſque vileſcunt, mirata eſt priſci Byzantii pretioſa rudera, Cyclades, cæteraſque Jonii, Ægeique ſinus inſulas viſentem, pervagantemque oppida rerum geſtarum fama, Heroum, Philoſophorum, Poetarumve incunabulis clara, quorum divino afflatus es ſpiritu. His denique emenſis ad fœlicio-*

res

Digitized by Google

res Europæ plagas convolasti, ut virtute, amicitia, verum naturalium notitia, & humaniorum literarum ornamento probarere cujuscumque ordinis præcipuo cuique. Hæc omnia, VIR AMPLISSIME, ET CELEBERRIME, cum laude totam per Europam celebriter adeo commemorantur, ut jam apud eos magnæ Atlantidis incolas, quorum provincias hæreditario jure possides, fama tuarum virtutum alias præcesserit, spesque oborta sit TE præsente novum civium numerum, & formam, rem rusticam, mercatoriamque novam ad illius populi fœlicitatem perficiendam brevi erupturam.

Eo animo cum sis, qui ad hominum promovenda bona pronus præ cæteris omnibus innotuit, patiare, hos tuos lusus, qui TE auctore & auspice dudum lucem meruerunt, iterum recudi, & evulgari. Fortassis enim & hæc quandoque carmina procerum educandis nobilibus pueris proficient, TUQUE iis quod Homerus Xenophonti præstabis, ut nempe honesti, & cordati evadant. Habeas nunc, Eximie Vir, *& de*

Li-

Digitized by Google

Literaria republica optime merite, animi obſequentis hoc in recuſo aureo libro argumentum; id ipſum brevi a Latinis ad Hetruſca ſacra meis curis tranſibit, ut merito novæ interpretationis inſtrumento dici queat, quod tua hæc

-- vivent toto diffuſa volumina mundo.

PRO-

Digitized by Google

PROLOGUS.

LINGUA Romana tantum excellit linguas modernas, quantum architectura palatii ædificium commune. Harmonia, ſymmetria, vis, & elegantia in lingua Latinorum, ſicut in eorum templis magnificentiſſimis, obſervanda ſunt. Non opus eſt exponere argumentum contra modernos verſus, ſemper μονοτονία inſipidos; dum antiqui vates occupant lectores variis ſonis in menſura præſtantiore,

Digitized by Google

tiore, & harmonia ſublimiore. In hoc opere paucis menſibus compoſito, inter tantas humanæ vitæ tenebras, & itineris perturbationes, ſpero quod Critici debilitates præteribunt.

Venetiis ſcripſi 1771. *Republicæ in ſe venerandiſſima, atque amœniſſima.*

IN-

Digitized by Google

INDEX.

LIBER I.	pag. 1
LIBER II.	9
LIBER III.	17
LIBER IV.	29
LIBER V.	35
LIBER VI.	42
LIBER VII.	48
LIBER VIII.	55

NOI

Digitized by Google

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

CONcediamo Licenza *ad Antonio Grazioſi* Stampator di *Venezia* di poter riſtampare il Libro intitolato: *Cœleſtes, & Inferi &c.* oſſervando gli ordini ſoliti in materia di Stampe, e preſentando le Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Data li 22. Maggio 1771.

(*Sebaſtian Juſtinian Riff.*

(*Andrea Pron Kav. Riff.*

(*Sebaſtian Foſcarini Kav. Riff.*

Regiſtrato in Libro a Carte 66. al Num. 548.

Davidde Marcheſini Seg.

COE-

Digitized by Google

LIBER I.

MAGNE parens hominum, princeps Heliconis Apollo,
Æternis ſine te tenebris natura lateret.
Dic mihi qua cauſa, dum luſtras lampade mundum,
Heſperiæ indigenæ qui vivunt montibus altis,
Quique colunt glaucas Eoi marmoris undas,
Raro ſunt dociles vitam perferre beatam?
Scilicet humanos dura de ſorte creatos
Peccatum, aut terror, vel turbidus ardor obumbrat.
Nulla dies mœrore caret, nox nulla dolore,
Sive oritur vitiis noſtris, ſeu numinis ira:
Aut quia conſpicuis nunquam quærenda ſub aſtris
Eſt homini requies; ſeries tam horrenda malorum
Vexat mortales, longæque in ſæcula curæ.
Quidquid, Apollo, tuo calefeceris igne diurno,
Continuis agitur vicibus, certaque ruina.

Digitized by Google

Aſpicis occaſum, lætus dum ſurgis ab ortu,
Cernis utrumque polum vix e tellure remotus,
Præteris Æthicpem globulo vertente ſiniſtrum,
Et validos Gothos labenti deſpicis axe,
Quamquam hyemi longa calidis clauduntur in antris.
Gaudia vana tenent, nam mel corrumpit acetum,
Aſpera confundunt blandis, tenebroſa ſerenis
Sollicitæ mentis, vanoque labore ſequentes,
Nec juga fere volunt, nec ſolvere jura magiſtro.
Ignarique viæ callem mirantur ineptum,
Quem retinent: imitantur oves, Pindumque relinquunt.
Hic habita cives ſuperi, procereſque Sophiæ,
Divini cœtus; hæc inclyta ſydra ſupremum
Poſt ſomnum, excelſo certe tolluntur Olympo.
Nequicquam terris Actæi membra ſagacis
Crudeles perimunt injuſta morte tyranni;
Ridet & æterna confidens numinis aula.
Inflammat diadema caput, Grajique celebrem
Heroem Sophiæ numero adjunxere Deorum.
Jam quoque, Phœbe potens, ad te, mea vita volabo:
Tu mihi divitias aperis, ſuaviſſime, charas
Muſarum, ſolumque tuum, fatumque quod ultra eſt.
Ipſe Deus primum firmamine fixerat orbem,
Et dedit æternum celerem per inania curſum,
Quo reliqua immenſo radiant tot lumina mundo.

Ful-

Digitized by Google

Fulgidus es curru, pulsantibus æthera flammis,
Sol volucrum moderator equum. Quam lætor Eoo
Vultus surgentes pura conspicere in unda!
Cœlivagas abigis stellas, Lunamque nitentem,
Auroramque, dies quæ fert mortalibus almas,
Irradias, propriam lucem sine fine perennans.
Templum purpureis, densisque insigne columnis,
Jure tibi Graji Delphis posuere sagaces.
Dumque pii celebrant votis penetrale secundis,
Aurata in medio radians spectatur imago.
Tincta coloratas monstrant aulæa figuras,
Sculptaque candentes decorant emblemata muros.
Marmoreis gradibus splendens ex ordine firmo
Stat focus ignivomus, vinclis arctatus ahenis,
Portaque sola patet tepidos ubi vergit ad Austros.
Illic innumeri vates altaria circum
Semper odoratos advolvunt æthera fumos.
Blanda cohors adsis: tam grandia pandere versu
Fas sit: cœlestes animos memorare parabo, &
Quos mors atra ruens diverso vulnere adactos
Misit ad Inferni squallentia regna barathri.
Fata virum, fata armorum, & mala fata locorum
Tam memoranda cano: lacrymas effundere vanum est:
Humanas Fortuna agitat res ordine cœco.
Da mentem mihi, Phœbe, novam, sanctumque furorem

Inſpira, ut prudens valeam tot adire labores:
Præſidium præbe: volitanti carmine pandam
Fulgida ad aſtra viam. Ventos, undaſque ſonantes,
Et longum expertus ventoſo pulvere callem,
Silvas ac montes, ſolem, noctiſque pericla,
Ruſſos, & Turcas, Pruſſos, miſeroſque Polonos,
Suecos, ac Danos Muſa dictante peregi.
Mars clangente tuba primus tremefecit Olympum:
Pallas adeſt, infertque Ninus fera bella Zoraſtro.
Regnat in Aſſyriis pharetrata Semiramis oris,
Læthiferoque aufert hauſtu ſcelerata maritum;
Mentibus in magnis nam crimina magna parantur.
Occiſum regem decorat ſublime ſepulchrum;
Conſtruit impoſitis Babylonis mœnia curris
Pulſanda, & liquido pomaria pendula cœlo;
Nataque ad imperium Ægyptum devincit amœnam.
Enſe puer Ninias digne reſpondet amori,
Flagitium matris nati ſi crimina purgant.
Cecrops Palladias conſtruxit primus Athenas,
Trojaque Dardanii Phrygiis eſt condita juſſu.
Nunc Europa venit, falſo deluſa juvenco,
Quartaque pars celebris ſignata eſt nomine mundi.
Ex Jove & Europa eſt Minos juſtiſſimus ortus,
Cujus Cretenſi circumdatur æquore regnum;
Poſt mortem immenſi factus fuit arbiter Orci.

Bel-

Digitized by Google

Bellerephonteum ſileas cur, Muſa, pudorem,
Qui Stenobœam ultro detrudens pectore caſto,
Edidit egregios felici Marte triumphos?
Audax dum tentat celſas equitare per auras,
Pegaſus irato disjecit corpora dorſo.
Vectus equo aligero fertur ſuper æthera Perſeus,
Saxificumque caput geſtat, clypeumque Meduſæ.
Hæc ætas doctis præbet figmenta poetis,
Quos inter princeps citharœdus perſonat Orpheus.
Sedula percurrens ſilvas, & olentia prata,
Dum teneros flores carpit dulciſſima conjux,
Artus peſtifero compunxit vipera morſu.
Mollia funereæ conſumuut corpora flammæ,
Et nimphæ cineres gelida conduntur in urna.
Spernit amor mortem: dictante Cupidine in altam
Deſcendit vates foveam maleolentis Averni.
Portitor ecce Charon nebuloſa exclamat ab unda;
Audax quo pergis? curvo vix Cerberus antro
Solverat ora ferox, trepidabant monſtra barathri.
Latratu cava ſaxa ſonant; violentus & atrox
Dux Erebi vivam ſubeuntem Tartara formam
Horruit, ejecto rugiitque immane veneno.
Conſilium ille vocat; ſurgens ad juſſa Tyranni
Orci turba ferox ululatibus æthera rumpit.
Sed vates fulvo perſtringens barbiton auro,

Digitized by Google

Imperat infernis diuturna silentia monstris,
Euridicenque suam superas revocavit ad auras,
Jamque virum sequitur: sed rupto fœdere Averni,
Respicit uxorem nimio compulsus amore.
Obruitur tenebris iterum fugitiva marito,
Morte luens gemina vitam quam perdidit una.
Fœmineum exosus sexum hic per littora tendit
Barbara, & exanimem gelida sub rupe susurrus
Detinet; ereptam queritur sibi conjuge vitam.
Jam nunc fata favent votis: en Thracica turba
Hunc videt, & vatem crepitantia saxa necabant.
Dardanius juvenis mox Orphica sacra ministrat:
Euridicis vitula placantur sanguine manes.
Sic Phaeton deflagrato temerarius orbe
Dejicitur præceps violento fulmine curru.
Amphion Tyriis montes in mœnia Thebis,
Splendida marmoribus, blando cum carmine vertit:
Demulcet silvas, atque horrida corda ferarum;
Sistunt & dulci currentia flumina versu.
Ecce Midas stolidus, nummis quam ditior arte,
Cantui Apollineo præponit murmura Panos,
Auribus impositis asininis; scilicet aurum
Doctrinam Et inter concordia rara videtur.
Dædalus Icarios nixus, primosque volatus
Tentans, ventosis librabat corpus in alis.

Ambo,

Ambo, ceu volucres celsa de turre ruentes,
Scandere dum gaudent nimbosa cacumina montis,
Despectant mare velivolum, terrasque jacentes,
Magnificasque urbes, arces, rupesque profundi:
Sed puer aligeros cœlesti sulphure remos
Laxans, spumosam cecidit glomeratus in undam,
Ut cum cæsa ruit præceps de nube columba.
Nec deerunt pugnæ, nec monstra minacia forti
Herculi; inauditos superat virtute labores:
Ingentesque animos ingenti in corpore versans,
Ne quid restaret majus mortalibus ultra
Viribus, Atlantem jussit discedere ab axe
Ætherio, ipse humeris sustentans pondera mundi.
Ast fortis rabidos animi est cohibere tumultus;
Quod tamen Alcides nunquam potuisse refertur.
Omphaleem ardebat, puerum raptabat & Hylam,
Vestequæ mortifera tabefactus, monte sub Oete,
Flammiferis tandem est devectus ad astra sepulchris.
Ut doceam Veneris nihil esse potentius æstu,
Nunc Helenæ Paris infausto perculsus amore,
Solvit ad Argolicos turgentia carbasa portus.
Ipse pater Priamus lacrymis pius orat obortis:
Siste ratem nostra princeps vesanus in unda,
Fallit amor sensus, ardores excute cæcos,
Tyndaridis magico non fulgent ora colore.

Digitized by Google

Perdere nec Priami velis florentia regna.
Irridet juvenis patri, longeque recedit:
Rarus nempe timor vehementes sistit amantes.
Sed Priamus tacitis veneratus numina votis,
Obrue devotam dixit, Neptune, carinam,
Adversosque vocat ventos; fluctusque minaces.
Ecce pater Teucrum motis surrexit arenis,
Terque procelloso concussit littora ferro.
Protinus attonitam resonantia marmora pulsant
Classem; terrifico reboant elementa tonitru:
Pontus habet mortisque minas, iræque furores,
Atque micant nubes resolutæ fulmine crebro.
Jamque redire animus, sed cedunt omnia Fatis
Sidera sic voluere olim; raptavit adulter
Pulchram Helenam, sacrumque hospes violavit honorem
Atridis: Trojæ fuit hæc mala causa ruinæ.
Sorteque vindictæ vires præstante Pelasgo,
Mox Agamenoniis arserunt Pergama flammis.
Debuit exulibus Phrygiis Romana potestas
Imperium terrarum orbis, Trojaque ruente
Orta est impavidis Æneia Roma colonis.

C OE-

Digitized by Google

LIBER II.

QUm potius nobis quam nunc Venus ipſa canatur?
Sive colorata fluitat ſuper æquora concha,
Aut exquiſitam ſervat Florenta figuram,
Sive domos picti regnatrix tendit Olympi.
Undique jaſpidibus decorata eſt aula refulgens
Sedibus argento pretioſis, mixta corallis
Pars quoque purpureis, & duro pars alabaſtro.
Eſt thronus in medio pedibus ſuffultus eburnis,
In gyrum egregius fertur perfuſus odore
Nimpharum chorus, & volitantes ordine circum
Aligeri, nudi ſaltantes undique amores.
Hic ſedet, & cauſas tenerorum tractat amantum;
Lethæiſque undis perjuria cuncta teguntur.
Nec tamen hic ſplendor, cæſtus, thalamique nitentes
Sufficiunt Veneri fulgentia poma tenenti.

Digitized by Google

Interdum formosa thoris Dea prosilit altis,
Quos Vulcanus amans de puro fecerat auro;
Et delapsa polo, pulchris comitata puellis,
Vadit ad Oceanum; resonanti concita vento
Protegit æquoream Cyprum, lætamque Cytheram,
Marmoreo gaudens templo, & fumantibus aris.
Spumigenam dixere Deam, nam spermate ponti
Prognata est; excelsam mox Diva incolit Idam
Vere novo facilis, viridique in gramine blandos
Inter & amplexus fingit malesana sopores.
Arsit amore tui, Anchises, Vulcania conjux;
Molli succubuit gremio Mars, flosque juventæ
Præda enormis apri eheu! tinctus murice Adonis.
Interdum & parvos ducens pulcherrima currus
Nube vehi gaudet niveis spectanda columbis.
Edocet aut cycnum roseis parere lupatis.
Ætherias intrare domos, atque aurea regna
Elysii est animus, vernant redolentia semper
Gramina, & halantes divinis floribus horti
Dulces sunt patriæ, soboles, charique parentes,
Famaque, Mercurius, Mars, Jupiter, atque Minerva;
Dulcis & est Plutus, dulcisque salutifera Hebe:
Sed Venus est homini summa & suprema voluptas.
Attamen alma Venus nescit turbare Sophiam:
Sedulitas, Musarum ardor, laudisque cupido

Haud

Haud intermissum semper petiere laborem.
Libera res amor est: contraria vincula damno
Omnia, quæ non leges, atque experientia monstrant:
Decreta absurda, & rerum præposterus ordo
Si regnent terris, post funera sera quiescent;
Umbraque Tartareas descendet libera ad undas.
Rostra colo, jura & veneror, jurisque peritos;
Pondera legum odi: vidi ipse volumina, quæ non
Antiqui potuere patres, nec possumus ipsi,
Nec servare ætas poterit ventura nepotum:
Silvaque multiplici squallens truncanda bipenni est.
Codrus Cecropias tenuit rex ultimus oras,
Pro patria haud dubius sævis occumbere Fatis,
Martigenum pulchro deponit corpora campo.
Hesiodus viguit magnus præceptor arandi:
Maximus, & solus secum spatiatur Homerus.
Nunc vos, O Charites, nunc tu mihi numen, Apollo,
Ocyus Aonias pertundite pectine cordas.
Debilis alta paro, vastum turbare leonem;
Sed prius excelso Phœbus descendet ab axe,
Quam, Smyrnæe, tuæ sileantur carmine laudes.
Ardua bellisoni celebretur gloria vatis,
Scilicet auricomæ dum gaudent carmine Musæ.
Aspice, depictis crepitantia terga pharetris:
Innumeræ veniant equitum, peditumque catervæ.

Jam ſimul heroes jactantia verba loquentes
Occurrunt, turmaſque cient cœleſtibus armis.
Hic fugit Argolicum, dum pertonat Illion alter,
Et ſatiant animos immani cæde feroces.
Territat inſanis me factis enſiger Ajax,
Illius voces, firmoſque in corpore nervos
Obſtupeo, nam magna parat, mirabile dictu,
Volvere nubivagas ingenti robore rupes.
Pondere percuſſi ſonuerunt viſcera ferri,
Sanguineo dum proſternit Sarpedona campo.
Fruſtra Peleidæ pugnat Patroclus in armis;
Impiger Hector adeſt, metuendam cuſpidis umbram
Concutiens longe; conjecto vulnere foſſum
Patroclum juvenem moribundum in pulvere mergit.
Inſtauratque iterum pugnam, latoſque per agros
Agmina mortiferæ ſenſerunt fulmina dextræ.
Pelidem ſpecto minitantem in vultibus iram,
Et rutilant vario flammantia lumina letho.
Horreſco, cumulis dum cæſis addit acervos,
Inſultans rapido proſtrata cadavera curſu,
Temperet a lacrymis quis cum miſerabile fatum
Hectoris aſpiciat? gladio furioſus Achilles
Incutit, inque fugam vertit; nunc eminus haſta
Dejicit excelſum transfoſſo gutture Teucrum;
Jamque ferox pergit laceranti volvere curru.

He-

Digitized by Google

Hectora, quo nunquam ceciderunt Pergama vivo,
Avertoque oculos, Priamo dum caſtra petenti
Corpus vendebat librato ſordidus auro.
His tenuit ſæclis Ægyptia regna Seſoſtris:
Vincit & Æthiopes, Scythas, Parthoſque remotos,
Pyramidaſque ſtruit miracula maxima mundi.
Ipſe & ab Eſubopa Colchorum rege ſecundo
Vincitur, & celerem infelix religatur ad axem;
Sacraque multiſonis onerantur corpora vinclis.
Leges condebat clarus virtute Lycurgus,
Exul nec dubitat pupillo reddere ſceptrum.
Condidit infelix Dido Carthaginis arcem.
Sardanapalus opes, uxores, ſeque ſepulchris
Ignifer injecit fato veſanus acerbo.
Depulſum vita, ſævis & ab hoſtibus urbe,
Monſtrum hominis dicunt; cauſam ſed neſcio; luxus
Sufficit, haud ratio ſacrum mactare Monarcham.
Princeps ſanguineis fuerat ſi promptus in armis
Et pariter luxu, magno frueretur honore.
Quidve foret multis infauſto Marte ſubactis,
Quos nunc magnanimos, juſtoſque, bonoſque vocamus?
Ex ſolo eventu referetur gloria mundi.
Nunc projecta lupis infantum corpora fulvis
Queis lupa dente vorare ſolet, fert ubera amica.
Romulus, atque Remus ſtruxerunt mœnia Romæ.

Digitized by Google

Fratrem ſaltu auſum muros tranſire recentes,
Major letheis, miſerabile! merſit Avernis.
Invidia in cauſa eſt, & regni tanta cupido.
Militiæ & genti, raptis ſine more Sabinis,
Præbuit incrementa, Numæ Romamque relinquens
Heros, ſtelliferis raptatur in æthera bigis.
Gentis Ariſtomenes Meſſanæ gloria clarus
Bellum infert Spartæ, ducente in prœlia turmas
Carmine Tyrtæo; comprenſus, tortus, & ictus
Lævus Ariſtomenes fortunæ ludus iniquæ,
Exul, quam in patria vixit felicior ipſa.
Tempeſtate illa multi crevere coloni,
Corcyræ poſuit dives caſtella Corynthus;
Phalantus curvi fundamina ſalſa Tarenti;
Chalcedon Megares firmavit mœnia magna.
Omnes Romanis hi præda fuere catervis.
Tu, Numa, pacis amator eras ſanctiſſime ſemper,
Inſtituens Romæ Veſtalia ſacra quadratæ.
Hoſtilius ſequitur: deerat nunc hoſtis in illo,
Fratribus Albanis auſo decernere bellum;
Roma matremque ſuam venerandam diruit Albam:
Tullius & periit combuſtus fulminis ictu.
Ancus nec pacem omittit, neque bellica ſpernit,
Ædibus ornavit Romam, numerumque Quiritum
Bello ſubjectis augens, ad littora portam

Con-

Digitized by Google

Condidit, explicuitque externis oſtia palmis.
Nunc Draco & exiguas culpas heu! morte ſeverus
Increpat, horrendam ſcribens in ſanguine legem.
Hunc læſere joci, ſalſa & ludibria: multis
Obruitur petaſis, toto plaudente theatro.
Dulcis ades reſonans tua fila, canorus Arion,
Fluctibus in mediis nautis jactatus avaris.
Tutior at liquida fuit hic citharœdus in unda,
Quam navi; Siculas vehitur ſecurus ad oras
Delphino: hunc auri non tangit cœca cupido.
Romulidum Priſcus ſacrum diadema recepit
Tarquinius; Tanaquil ſummum huic quæſivit honorem,
Fauſtos interdum nupta ditante maritos.
Intulit exuvias Romam, victiſque Latinis,
Primos inſtituit populo mirante triumphos.
Emicuit tandem Græcorum blanda Poeſis.
Caſtoris Alcmæon numeravit geſta benigni;
Fœmina nec Phœbo quam Sappho gratior ulla
Exſtitit, impuros ſi non ceciniſſet amores,
Caſtaque non caſtam vulgaſſet Muſa poetam.
Nunc quoque ſceptra Solon doctiſſimus Attica ſumit,
Expellens regno lethalia jura benigno.
Tutor Areopagum verbis, dein moribus ornat
Imperium, quod non voluit, Cyprumque recedit.
Grajaque nunc numerant ſapientem littora prolem.

Digitized by Google

Pittacus, & Thales, Chilon, Solon, & Cleobulus,
Atque Bias, ſeptem tecum, Periandre, fueruat.
De tripode aurato digniſſima turba beata
Contendunt Sophia; meruitque referre trophæum
Quiſquis cedendo: nulla eſt ſapientia major,
Spernere quam fulvum toto de corde metallum,
Atque ſuas aliis meritas concedere laudes.

Digitized by Google

LIBER III.

TARQUINIUM Priſcum perimunt ſicaria tela.
Occupat imperium vili de ſorte redemptus
Tullius: hic domuit forti certamine Etruſcos;
Inſtaurat cenſum prudens, numeratque Quirites.
Principio felix; ſed quem Fortuna beavit,
Orbavit regno, & vita fera Tullia proles.
Murmurat en Helicon! ſuaviſſime cycnus in unda
Captus, Anacreon, eheu! mox periturus acerbis,
Bacche, tuis acinis. Phalaris vexabat Agrentos
Tormentis; tauro calefacto membra Perilli
Combuſſit proprio. Circa hæc quoque tempora prudens
Æſopus tradit fabellas mente ſagaci.
Squallida compenſans mentis ſua corpora luce,
Civibus inſanis ſcopulo detruditur alto,
Et de Fortuna injuſta virtute triumphat.

Huma-

Digitized by Google

Humanos dat brutis ſenſus, ſcilicet ut nos
Ingenio pudeat brutali pectore vinci.
Cepit Erichthoniam doctus Piſiſtratus arcem,
Vixerat & felix, ſi quam bene cautus in hoſtes
Extiterat, fictos idem caviſſet amicos.
Nunc canis exſuctis præbet nova pabula mammis
Cyro, qui primus Perſarum ſceptra teneret.
Pectoris eximii princeps, generoſus, & audax;
Aſtiagem, Medos, magnum Babylona redegit;
Maſſagetas ſternit. Tumidas ut ſemper ad iras
Fœmineum proclive genus, regina parabat
Vindictam Tomyris chara pro prole necata;
Et regem poſt tot quæſitos orbe triumphos
Decepit victrix; teſta ſpumante cruore
Heu! caput immerſit: dum nectit fœmina fraudes,
Nec tua te virtus, nec te aurea vitta tegebat.
Etſi alii referant, heroem vulnere cæſum
Militibus, mortem nullo mandante, nec unquam
Inveniſſe virum tam vis, regnique capacem.
Lydorum Crœſus ditiſſimus orbe tyrannus
Marte minor Cyro, periturus in igne ſepulchrum
Conſcendebat; ſed memorans dictata Solonis
Parcitur: immenſis opibus quam perdidit olim,
Debuit hic Sophiæ ſervatam e ſulphure vitam.
Mactatis ſocero, atque uxore, & fratre Superbus

Re-

Regnat Tarquinius; patris mox Tullia viſa eſt
Dilacerans volucri ſacrata cadavera curru,
Prodigium ſceleris! Medeæ facta cruentæ
Tullia præcellit: poſt horrida funera manes
Ignibus excruciat Furiarum turba furentum,
Tanti flagitii cauſa, mihi credite, Cives,
Valde peccaſtis ſolum ſignare Superbum.
Pythagoras Samius ſpargit præcepta peragrans
Mira per Italiam, nec cunctis credere fas eſt;
Scilicet auratum femur accepiſſe volebat,
Poſt obitumque homines variarum membra ferarum
Sumpturos: quid non mortalia pectora cogis
Mentis inops doctrina? virum mors abſtulit ultro
Eſurie properata, perimunt ſed dogmata ſæcla.
Tempore non alio pictis fulgebat in armis
Cambyſes; tremuit celebrato nomine tellus
Affrorum, agnovitque Ægyptus regna ſubacta,
Per deſerta diu rabido ſub ſole vagatur,
Victo Pſammetto; brevis at fuit iſte triumphus,
Terribili vento ſpiſſæ tolluntur arenæ,
Caſtraque fluctivaga tumulantur mole ſepulta.
Traditur ex Apidis ſcelerata cæde furorem
Immiſſum, proprii periit quia vulnere teli,
Quodque furor præſtare, ajunt, is præſtitit omne.
Cur memorem infandis Ægyptia templa ruinis,

Pollu-

Digitized by Google

Pollutamque fidem, & maculatas cædibus aras?
Occidit fratrem, dextram jungitque sorori;
Principibus Persis, Prexaspi prole, necatis,
Sceptrum Dario, & præclara insignia Regni
Detulit hinnitu sonipes: ut maxima damna
Sæpe etiam levibus debentur commoda rebus.
Junguntur cum ponte Asia, atque Europa, nec Ister,
Bosphorus, & Scythæ non Persidis ense subacti.
Quin etiam cœptis digressio parvula dissat:
Hic tamen est animo flumen memorare celebre,
Quod qui forte videt, curam obliviscitur omnem.
Est prope Schaffusen ingens Rheni cataracta.
Dum fluit Helveticas humectaturus arenas,
Indigenæ celebrant antiquo more perenne
Fœdus, cum dextris data sacramenta levatis.
Albicat insignis mixto viridante smaragdo
Resplendens vitreum gemmati gurgitis æquor.
Iris purpureum contorquet desuper arcum,
Alta coloratos ostentans sole racemos.
In barathrum horrendum rapidis ruit amnis ab alt
Vorticibus scopulo, cœlumque aspergine tentat.
Et veluti immensæ nubes de sidere lapsæ,
Terribiles raptim montes volvuntur aquarum.
Prodigium visu! reboant ter millia longe
Æthera; formidant animalia cuncta fragorem

Ingen-

Digitized by Google

Ingentem, credaſque chaos minitari elementa.
Æterno ſtrepitu æternos teſtantur honores
Numinis excelſi, cui parent flumina mundi.
Tarquinius pulſus, cuncta cum prole, Lucretæ
Ob raptus, vitam ſcindit maleſanus amaram:
Audax hoc genitus tantorum cauſa malorum
Vique, miniſque furens uxorem raptat amici.
Nox ubi lethæa terras caligine texit,
Tarquinii natus gemmis, auroque coruſcans
Aggreditur thalamos agitata mente Lucretæ.
Illa pudicitiæ fidens, experſque timoris,
Cuſtodes nullos, tutamina nulla tenebat:
Sextum ut conſpexit ſtupefacta, immotaque paulum
Horruit, & caſtam properans vocat ore Dianam.
Sed princeps ſupplex trepidantis brachia ſtringit,
Oſculaque in roſeis ſonuerunt preſſa labellis.
Ah mihi concedat tantum Venus aurea vitæ!
Ipſe ego te veluti tremulus, confectus & annis
Aſpiciam, nitidoſque pedes proſtratus adorem.
Gloria, laus patriæ, Lucretia, fama Quiritum,
Diva beata mea es pulchris formoſior aſtris.
Eheu! cur in me claros non vertis ocellos?
Uror, & infelix depaſcit flamma medullas.
Per Venerem juro, & Solem, me abſorbeat optem
Terra prius, quam te fallam, promiſſave frangam:

Im-

Digitized by Google

Imperium sine fine dabo, sine fine futurum.
Nil tamen hæc prosunt, suaves si vertere vultus
Dura negas, regisque oblatum spernis amorem.
Non poterat confusa loqui; præcordia terror
Ingruit, & toto vertit de pectore sensus.
Principis illa tamen violentis concita factis:
Quid tibi, Sexte, inquit mecum? non sum tua conjux;
Et pietas, socialis amor, juratæque sacra
Tempus in omne jubent pactum servare fidele.
Cœcus amor tuus est: gelidæ nisi mortis imago
Ibit in amplexus unquam Lucretia turpes.
Haud, votis matrona ullis, precibusque movetur,
A Sexto torquens ardentia lumina semper.
Ille abiturus erat, tunicis sed forte solutis
Nuda stabat, rabido præbens alimenta calori.
Sextus divinum admirans sine veste decorem,
Urget amore suo; complexus corpora demens
Clamantis frustra, sacrum violavit honorem.
Jamque reversurus princeps turbatus ad aulam
Divitias incassum offert, sceptrumque Quiritum.
Eheu me miserum! dixit, nitidissima conjux,
Pone modum lacrymis, nec tanto indulge dolori;
Adstringensque manus vanos promittit honores.
Illa videns se delusam, læsumque pudorem,
Haud intermissas fundit vesana querelas.

Orta

Orta dies lucem primam vix ſparſerat agris;
Quum furibunda viros conjux demiſerat urbi:
Protinus adfuerant ſponſus, clarique parentes.
Illa autem infauſto jacuit reſupina cubili,
Perpetuo & miſeræ manabant lumina fletu.
Effuſis lacrymoſa comis celaverat ora,
Dejectiſque oculis luctus effundere ſævos
Haud facilis tentat; ter fletibus ora rigavit.
Ah! neſcitis, ait, quanta aut quæ hac nocte teguntur
Crimina, vel cur infelix tam pectore mœſto
Vos hoc ſole novo aſpicio? Me ſomnia vera
Nocte hac inſanam, nequeo quæ exponere, reddunt:
Sollicito illi adſtant animo, dum mente maritus
Triſtis ſtat dubia; fatoque gemebat amaro:
Sed pater indulgens animum revocare conatur;
Haud ſecus & ſponſæ verba excuſantia finxit.
Lucteta interdum rabido converſa furore:
Anne etiam legiſque meæ, dominique mei ſim
Proditor? ah! tacitum potius detrudar ad Orcum.
Dixit, Romanoque animo Collatia conjux
Infecit rubros generoſo ſanguine cultros:
Ecce ruunt ſubito ſponſus, trepidique parentes,
Implentes magno regalia tecta tumultu.
Vindictam haud dubiam per Olympica Numina jurant
Tarquiniis, populuſque vocatur ad arma paratus;

Hu-

Hujus & eventu queſtus, lacrymæque fluebant.
Excurrunt juvenes paſſim, caſtæque puellæ;
Templa Jovis ſcandunt, vicinaque fana nepotis
Phœbigenæ, rigido manes revocantis ab Orco.
Illam ſed diri rapuit violentia fati;
Nec Sator omnipotens, artis medicæve repertor
Avertere manus Parcæ: eheu! nulla poteſtas,
Virtus nulla valet duras mulcere ſorores.
Nunc porphyriaco tumulus de marmore cæſus
Extruitur Romæ, pulchrumque cadaver in urbem
Alto ſarcophago referebant rure miniſtri.
Tollunt pars nexam lauro frondente corollam,
Parſque ſepulchra roſis conſpergunt dura tenellis;
Tendenteſque ſacerdotes ad ſidera palmas,
Clamant, falcigerum virtus domat unica Divum.
Gloria, palma, decus magnæ Lucretia Romæ
Nunc iter ad vaſti flammantia tendit Olympi
Mœnia, ſtellantique Jovis collucet in aula.
Ipſe Deum genitor gemmis radiante ſuperbis
Tempora divina circumdat ſacra corona.
Jamque ſalutiferis amplexi Numina dextris,
Semideam dicunt omnes: miſerabile fatum
Fama volans ſonuit, terris ſparſitque remotis.
Dum conſul Brutus natorum ulciſcitur auſus,
Et patriæ ſobolis præponit juſtos amorem.

Vin-

Digitized by Google

Vindex Tarquinio tendit Porſenna monarchæ;
Sed Romanorum vicit conſtantia reges.
Mutius ignivoma dextram ter torret in urna.
Scilicet hos animos nunquam eſſe per arma domandos
Miratus, cœpto victor Porſenna receſſit.
Rebus in extremis veluti anchora ſacra creatus
Dictator; primum eſt hoc munere Lartius auctus.
Atra fames morbo dudum vaſtaverat urbem,
Et Latii multis indicunt bella periclis.
Conſilioque foris ſimul ac, quis crederet unquam?
Dictator, morbum internum terrore repellit.
Artemeſis ſtruxit jam nunc, mirabile factu!
Ingens Mauſoleum tumulum meditata ſuperbum,
Conderet ut gelido ſe Phœnix viva marito.
Xerxes Argolicis minitatur vincula terris,
Vix unquam majore alias in prœlia ventum eſt
Mole virum; latos implerunt agmina campos.
Ac veluti obſcœnis Ægyptia terra locuſtis
Cum tegitur, nigraque alarum obducitur umbra,
Haud ſecus & turmæ infeſtabant Helladis oram.
Horruit Ægeus, dum tot ſimul undique naves
Perſarum vaſtæ pelago incubuere tumenti.
Millia pugnantum ter centum ſparſa fugavit
Ad Marathona manus tenuiſſima Cecropidarum
Te duce, Miltiade, in quo millia plura fuerunt.

Cy-

Digitized by Google

Cyniger abſciſſa dextra pariterque ſiniſtra,
Solvit in undiſonum ſanguiflua membra profundum,
Dentibus ad navem mirando robore adhærens.
Nunc Xerxes Dario obito ſua regna capeſſit.
Cui non ſufficiunt epotæ fluminis undæ,
Effoſſi montes, tot ductæ in bella phalanges,
Regnandique fuit populis tam cœca voluntas,
Heu miſer! infauſto raptim mittetur Averno.
Lugubris anguſtum dum Phœbe contrahit orbem,
Strataque per terras animalia feſſa jacebant,
Percutit Artabanus ſtricto mucrone tyrannum.
Nec non ipſe cadit poſt Artaxerxe jubente,
Cum natis ſeptem truculenta morte peremptus.
Inſtantem Romæ Veturia clara procellam,
Excutit, obſeſſam tenuit quam Coriolanus.
Matre petente pius devictus victor ab urbe
Caſtra movet: poſt paulo a Volſco milite cæſus,
Romulidis tribuit propria cum morte ſalutem.
Crudelis fortuna! ubi mors a cive ferenda eſt
Ob patriam, civiſque ſed ingens gloria cladis.
Ex pater Hiſtoriæ Tauri ſub montibus ortus
Herodotus, cujus monumenta antiqua ſuperſunt.
Ad Salaminam Perſis jam claſſe fugatis,
Græca Themiſtoclis celebrantur geſta triumpho.
Obrutus interea numero, non viribus, audax

Ther-

Thermopylas prope Leonidas miranda peregit
Virtutis, patriæque cadens dux auxit honores.
Prima Themiſtocles dederat fera vincla profundi
Cecropiis; poſt hæc & Achaica regna ſubacta
Juſto ab Ariſtide, & forti Cimone tenebant.
Sed præclarus Ariſtides, quo juſtior uno
Nullus erat, nulluſque fuit ſervantior æqui,
Inſano a populo patriis expellitur oris;
Atque Themiſtoclem fata haud diverſa ſequuntur:
Civibus ingratis inimica ad littora pulſus
Edomat invidiam tunc hauſto ſponte veneno.
Stantibus his claro viguerunt nomine Athenæ:
Corruit urbs ſubito tantis orbata columnis.
Publica res paſſim celat fera juſſa, tyrannum;
Atque mori ob patriam quid laudabilius orbe?
Iſtis temporibus res ingratiſſima conſtat.
Thucidides, alta ſcripſiſti ab origine natus,
Hiſtoriam belli Peloponneſi, gravitate,
Ingenio; ſemper radiat tua pagina vero:
Gratior es quanto tu obſcurior arte videris,
Lectoremque tui ſimilem, divine, requiris.
Heraclitus adeſt, cui fletu lumina ſemper
Manant, Democrituſque quatit ſua viſcera riſu.
Jamque Magiſtratum legit ſibi Roma decenum:
Hoc tamen imperium violenta morte ſolutum eſt

Vir-

Virginis ingenuæ: compescunt jure severo
Nutantem populum Censor, morumque Magistri.

Digitized by Google

LIBER IV.

TE volucrum, regina, canum, funeſta ferentem
Spicula, te frontem curvo diademate cinctam,
Oreadumque choro, cui pictæ caſta Diana,
Ex humero pendent pharetræ & eburneus arcus
Te decorat, Delon, & Cinthum, Epheſumque ſuperbam
Carminibus celebro: contra te ſtare fugaces
Haud potuere feræ, volucres, piſceſve doloſi,
Non hominum genus, ex quo virginitatis honorem
Servaſti ſacrum; audaces & plectier auſus
Te promptam; cœli ante alios ſpatia alta ſecantem.
Lunam per noctem, vel per cava luſtra ferarum,
Culmine vel Tauri, vel ſummo vertice Olympi;
Umbroſamque Hecaten, Stygiis, cœloque celebrem:
Tergemina & Diva, æterna in ſæcula ſalve!
Juſtus, ſuavis homo, fortis, prudenſque, benignus

Con-

Digitized by Google

Contentuſque ſui, Sophiæ ſol fulſit Athenis;
Delictis fictis Anytus, Melituſque ſagacem
Actæum inſimulant: ſqualenti in carcere vinctus
Mortis tam facto, quam dicto tela tremendæ
Contempſit; placido tetram bibit ore cicutam.
Impatiens errare homines, documenta ferebat
Cultus vera pii, & cœli venerabile Numen,
Erudiens mentes, & amantia pectora veri.
Inque ſinum Genii veneranda flamina vitæ
Effundens, cœlum Paranympho milite ſcandit,
Famam magnorum tranſcendit gloria regum.
Annos ſex centum circum & tria millia mundi
Cecropiæ floret doctrina, & gloria gentis.
Pulchræ Artes ſplendent, nec deſpicienda ſcholarum
Otia, nec deerant doctiſſima pectora Vates.
Quam pauci vates, quam rarus in orbe poeta!
Ingenii mortalis apex eſt fortis Epodus.
Tempore depereunt lapidoſi culmina montis,
Fracta ruunt ſanctæ veneranda palatia Romæ,
Sed vivunt toto diffuſa volumina mundo.
Reges laudantur verſu, cantatur & heros,
Humanoſque deos fingunt cum carmine vates.
Carmine formoſam poſſis mulcere puellam,
Et numeris cœcos pandit natura receſſus.
Verſu illuſtrantur mores, famaque ſupremas

Scan-

Scandimus uſque domos; miteſcunt carmine curæ.
Carmine durabit FRIDRICI nomen in ævum;
Vivent geſta viri ſæclis miranda futuris.
Juſtus Alexander, Sophiæ ſpes unica noſtræ,
Militiæ ignarus rerum ſplendore tuarum
Excitor, & volvo magnos ſub mente triumphos.
Atqui Mæoniis opus eſt verbiſque, modiſque,
Ut plectro graviore canam tua gaudia, Princeps.
Rex modo dat Muſis, modo dat ſua tempora Marti;
Evolat e lepidis ad prœlia dira theatris.
Inter odoratos Potſdami perſpicit hortos
Rerum arcana, Dei ſapiens ſublimia verſat.
Interdum juvat inſtructam exercere cohortem,
Cernere denſari cuneos, flectique phalanges
Te miles, Bellator! amat, validique Boruſſi
Victores tua ſemper erunt vexilla ſequentes.
Nam te magna mori virtus vetat: inclytus heros
Servaſti patriam, nec te longa auferet ætas.
Vivet & æternum Sumneri nomen in ævum:
Sæpe coronatis referemus thura cameenis.
Veſper purpuream tinget dum noctifer undam,
Phœbeoſque vigil præcedet Phoſphorus ortus,
Dum ſiccus Boreas rutilantem verret Olympum,
Solque diem irradiet, nocturnaque tempora Luna,
Dumque Venus fuerit juveni Dea grata, corymbos

Et

Et dum Bacchus amet, Neptunus regnet in æquor
Candida doctiloqui venerabimur ora Magiſtri.
Jam quoque Voltarii celebrata volumina in orbe
Durent perpetuo: ſublimi mente Poeta eſt,
Philoſophuſque ſagax, quo nullus gratior alter.
Vivat & Orator, ſic Judex, Hiſtoricuſque,
Arte Machaonia qui pellunt corpore morbos,
Et quicumque alii palmam meruere decoram.
Ipſe vireſcenti cingam mea tempora lauro,
Exornans novitate Latinum carmen amictus:
Anguſtum fugiet ſi libera fama ſepulchrum,
Laus Phœbo eſt, Criticis æquis, ſtudiumque labori.
Aurea ſpirati diffundunt verba Poetæ
Carminibus, citharæque modos imitantur Olympi.
Magnificumque melos lato diffundit in orbe
Gaudia: jam venti faveant, undæque Britannis;
Forte & epos canerem Neptuni pectore dignum.
Littera prima mihi eſt verſus diverſa per omnes.
Et poſtrema modos varios dat ſyllaba ſemper.
Cognitus hic methodus non exſtat vatibus ullis.
Zeuxis, Parrhaſiuſque rudes animare tabellas
Cœpere: ille alites arte hac decepit, acutos
Hic homines major; mox gratia mira Timantis
Naturam ipſam picturata coloribus æquat.
Sic Phidias hominum varias de marmore formas,

Atque

Digitized by Google

Atque Jovem dextra jaculantem fulmina ſculpſit:
Oritur Iſocrates cauſas tractare peritus,
Eloquii & cultor ſcholam fundavit Athenis.
Tunc Hippocrates Medicinæ gloria noſtræ,
Doctrina Ægei meruit diademata ponti.
Fax belli Pericles quam linguam, promptus ad arma
Turbavit Peloponneſos terrore ſecundo
Martis, prægrandemque ſibi promiſit honorem:
Sed proprior ſors atra ruit, nam peſtis Athenis
Hunc perimit. Magnis animis, plenuſque furore
Alcibiades urget rurſus in arma Pelaſgos,
Deceptis varia Spartanis arte, doloque.
Turbidus, atque comis, fortis, pulcherque, ſuperbus,
Profugit Spartam rurſus rediturus Athenas:
Munerat hoſpitium ſcelerata cæde benignum;
Et veluti Numen patrias revocatur Athenas.
Mox quoque depulſus ſecura ad littora
Perfidis, hen viva effigies, triſtiſque tabella
Rerum hominum! adverſo tandem curante Lycurgo,
Audacem Stygiis animam demerſit in undis.
Dum Perielis Parcæ vitalia ſtamina rumpunt,
Naſceris, o divine Plato, ſuaviſſimus alti
Eloquii Achei cultor verique magiſter.
Ariſtophanes iſto quoque flornit ævo.
Nunc Artaxerxes regnum, vitamque reliquit:

Digitized by Google

Princeps ter felix! diris ſecurus ab armis,
Te apit æterno mitis Proſerpina ſomno.
Nam tibi cui pietas curæ, qui dulcis amicis,
Dii dederunt vitæ rariſſima dona beatæ.
Vela tument Siculas Cecropum vergentia ad oras,
Impiaque Æolides inſontes bella ferebant.
Millia multa virum Acteis cecidere ſub armis,
Trinacriæ & naves centum læta ora recepit.
Mox cæſis ducibus, reliqui rapiuntur in urbem
Captivi, ſociis (bello ut plerumque ſiniſtro
Evenit) exutis opibus, gladioque peremptis.
Pindarus ingenio immenſus canit ore profundo
Heroum laudes; Euripidis, atque Sophoclis
Muſa ſonat tragico Græcis jam grande cothurno.
Jam ſcena Edipodem, furioſum oſtendit Oreſtem;
Ne memorem ante alios magni nunc carmina vatis,
Cujus ad Herculeum tremefacta orcheſtra furorem eſt.
Littora Tartarei diverſa morte tyranni
Euripides, Sophocleſque petunt: ſors lndicra vitam
Præripuit Sophocli, ſed triſtia fata priori.
Ille fuit palmam nimium dum gaudet ademptus,
Huic lacerata canum cruciantur corpora morſu.
Ægos ad fluvium vincunt ductore Lyſandro
Spartani; imperium pelagi ſeceſſit Athenis:
Contemptu ſic fata ſolent punire ſuperbos.

COE-

Digitized by Google

LIBER V.

VIrtus invictis, versuta an fraude Lysander
Clarior, in dubio, vulpis coriumque leonis
Induit. Argolicæ ductor celeberrimus oræ,
Exitiale odium antiquos ostendit in hostes.
At Nemesi pœnas persolvit cæsus Athenis.
Tunc Xerxem Sogdan, Sogdanem truncat & Ochus,
Qui Parisatis fatalia pignora dextræ
Accepit: gelidis Regina armata venenis
Pectora Statiræ vitiavit candida pulchræ.
Tunc Artaxerxis Persarum Memnonis ampla
Regna minor Cyrus felici Marte lacessit.
Ingenti hic animo juvenis, generosus, & audax,
Ni tot fraterna dotes maculasset in ira;
Idem interfectus fratrem dum vulnerat ense.
Rettulit in Patriam per inhospita regna Pelasgos

Digitized by Google

Mille decem prudens Xenophon, memorabile factum!
Attica apis dictus, nulli virtute secundus,
Seu mel diffundit suavissimo ab ore, minacem
Vel stimulum in bello lethalis dextera mittit.
Attica triginta vexarunt regna tyranni
Utque ferunt, plures deflevit mensibus octo
Cives urbs cæsos, quam tot sævo hoste per annos.
Ultor adest iterum Thrasibulus, ad arma Pelasgum
Concitat, ejectis truculenta sorte tyrannis.
Dira cicuta necat Theramenem: scilicet ille
Mitius ingenium quam cetera monstra fovebat;
Inter namque malos est virtus integra crimen.
Devictis Grajis Asiæ florentis imago
Spartanis se præbet, amor sceleratus habendi
Urget: Persarum per littora grata triumphans
Agesilas pede claudus adest, sed pectore rectus
Laudandus multis; ast non sat cautus in isto
Quod docuit Thebem vincendo vincere Spartam.
Ex Asia hic patrias oras revocatus, in illis
Invenit ferrum Spartarum infirmius auro
Persico, & indomitas diversa sorte catervas
Ducebat. Conon ad Cnidum classe potitus
Est regis, prostravit Rex ad Cronea Græcos.
Denique naturæ violentia facta benignum
Agesilam inducit velis properare secundis

Ægy-

Digitized by Google

Ægypti in populos, ubi fert bella impia patri
Nectanebus Tacho: rex præſtantiſſimus armis
Edomuit natum, generoſo pectore reddens
Patri iterum imperium; hic vitæ fuit exitus illi,
Nam reditu nigrum ſummus vir tranſit ad Orcum.
Romani Vejis indicunt bella ſuperbis.
Gens antiqua ruit non vi, ſed fraude: ſub latós
Cuniculus muros mediæ demittitur urbi.
Ingens præda trahit populos; dictante Camillo
Vexillum in vacuis poſuerunt agmina muris.
Tunc prope Roma fuit penitus deleta per arma
Gallorum, poſtquam Fabios gemit Allia cæſos.
Expugnata cadit, crepitantibus undique flammis;
Longævique Patres ſævo perimuntur ab hoſte.
Adde quod atra fames mœſtam vaſtaverat urbem:
Roma caput mundi certe periiſſet in alto
Tarpei caſtro, ni fortia corda fuiſſent
Excita, quod nullam poterant ſperare ſalutem.
Tunc domitor Furius Vejentum Marte Camillus,
Exul ab ingrata prudens depoſcitur urbe,
Morbis exhauſtos gemino certamine Gallos
Diruit, atque aurum poſcentibus objicit acre
Ferrum, barbaricas vincens, perimenſque catervas:
Compeſcit plebem Romam ſpoliare volentem,
Affectatque viam merito ſublimis Olympo.

Digitized by Google

Pax etiam viridis ramum tunc affert olivæ
Grajugenis, Perſiſque nihil qua dulcius extat
Poſt belli clades: iterum ſed fortiter armis
Cypria victores debellant agmina Perſæ.
Pygmæus certat valido cum robore fruſtra
Enceladi; Cyprios plectunt, Salamina relinquunt.
Inſignem excipiunt Dioniſi tecta Platonem:
Dumque Plato Sophia, vateſque Philoxenus arte
Emminet, inſontes peregrinos irruit hoſpes.
Mancipii jam quinque minis hunc vendit ad inſtar;
Illum conjecit tetrum malefidus in antrum.
Floret Ariſtoteles divis exortus amicis,
Cui ſi ulli unquam hominum, rerum natura receſſus
Secretos pandit: ſed mens inimica Platoni
Ingenium opponit doctum nimis invida docto.
Præceptor ſit Alexandro, dignuſque magiſter
Diſcipulo ſublimi, diſcipuluſque magiſtro.
Cecropias tonitru quatiit Demoſthenes arces,
Jupiter eloquii. Pelopidas mœnia Cadmi
Expugnat, pueris ſeptem comitantibus, hiſque
Abdita fœminea celantur corpora veſte.
Bœotum inſueta Lacedæmon vincitur aſtu
Leuctris; ductor erat Thebanis Epaminondas.
Vir probus, ac patiens, clarus, pariterque modeſtus;
In ſummo imperio pauper, generoſus, amator

Do-

Digitized by Google

Doctrinæ, faſtuſque expers in culmine famæ.
Inſolito nexu ſejunctas junxerat artes;
Nam doctrina bonos meliores reddit alumnos,
Pejoreſque malos facit, ut perſæpe videmus.
Spartanos ſternit Mantinea pugna ſubactos.
Victores Patriæ gladium, clypeumque decorum,
Epaminondam, eheu! crudeli vulnere perdunt.
Ploravere ducem Thebani; aſt excita cœlo
Fama loquax rapuit, pulchraque in parte locavit.
Seditione potens vinclorum pondera ſenſit
Manlius; hunc volvit Coſſus dictator ab alto
Præcipitem ſcopulo; claræ Capitolia Romæ
Tunc primum gemini memorantur nomine facti:
Virtutis Manli monimentum eſt aſpera rupes,
Pœnarumque domus: ſic dum conſcendimus auras,
Lapſis in propriis barathrum producimus altum.
Dictator Cincinnatus capit oppida Quintus
Prænestem, lauroſque refert, meritoſque triumphos.
Ille dies paucos ſella cum faſcibus uſus,
Abdicat imperium; dignuſque adſumere palmam
Qui cito jam victor factus deponere novit.
Curtius armatus, rapido vectuſque caballo
Romæ flammivomum, miſere! ſaltavit in antrum.
Sic torquem es proprio meritus, Torquate, duello,
E Gallo ereptam, clarus pietate parentis.

Digitized by Google

Tunc quoque fundantur Macedonica regna Philippoi
Fallax, eloquio promptus, solersque tyrannus,
Plura arguta loquens, ut seria nosceret acta.
Utilitatis amans sanctissima pacta resolvit;
Præbuit auxilium vincentibus & superatis,
Submittens bello, variis vel fraudibus hostes:
Auro non ferro portas patefecit ahenas,
Regnaque destruxit pretiosis æmula donis.
Perpulchræ celebrat dum rex connubia natæ,
Confodit juvenis, quem castigaverat olim,
Et cecidit lætas ceu bos jugulatus ad aras.
Magnus Alexander, metuendum fulmen Eoi
Nascitur, & jam quadrupedem tractare frementem
Incipit; angustis sævum compescit habenis
Bucephalum: dum terga premit, victorque triumphat,
Addictus studiis semper circumtulit heros
Scrinio in aurato divini carmen Homeri.
Pindaricis laribus Thebis, sobolique pepercit;
Excoluitque sophos plures, solique Lysippo
Se fingi, & soli pingi se præbet Apelli.
E contra Antipater gelidum demisit ad Orcum
Lumen Naturæ quem protulit alma Stagyra.
Impiger, invictus cunctos se vertit in hostes,
Lustrans ignotos veluti sol aureus Indos.
Pellæum indomiti Tyrinthia pocula Bacchi

Victo-

Digitized by Google

Victorem Stygio tandem merſere profundo.
Sed referunt alii rabida quod corruit ira
Rex, & ſecretis concluſit fata venenis.
Hæc exempla monent nunquam confidere Mundo
Implexo, fluida variorum ſede malorum.
Victrices alii lauros, tædaſque jugales,
Imperiumque alii commutant funere acerbo.

Digitized by Google

LIBER VI.

NUNC Oriens quatitur magno turbante tumultu
Mortui Alexandri procerum. Caſſander iniquus
Antipatris clari ſuſcepit ſtemmata regni.
Durior at ſcopulis, ſcelerato perfidus enſe
Ipſe ſui regis matrem jugulavit Olympam:
Cædit & infantes Pellæa ſtirpe perempta;
Unus erat Roxana, alter de Barſine cretus.
Abſtulit a ſolio Caſſandrum febris aquoſa,
Indignum tam lene pati; ſed crimina patris
Magna luunt nati morbo, ferroque perempti.
Tunc Agathocles Siculorum ſumpſit habenas,
Dives auro, pollens armis, & largus amicis.
Principio ut fautrix, tardo ſors hoſtis in ævo eſt,
Sæpius hunc Pœni vicerunt Marte tyrannum.
Andragothe genitus, dum regnat ſævus & atrox,

Regia

Digitized by Google

Regia probroſa vindex cruce corpora tollit:
Fortunæ in riſum ſic ſpes verſantur iniquæ.
Appiûs ecce viam ſaxis per millia multa
Extruit, exornans ſinuoſis fontibus urbem;
Unde Appii in noſtris celebrantur nomina ſæclis,
Dogmate tunc vario ſtudioſos bella Sophorum
Sejungunt animos. Crates Thebanus amavit
Pauperiem; Pyrrho docuit fallacia cuncta:
Eſt, Epicure, bonum ſummum tibi ſola voluptas,
Philoſophique graves geminum ſecernere in uſum
Mortalem ſtatuere animam; ſic una videtur
Damnorum radix, atque altera cauſa bonorum.
Subdita nam remanet pars hæc ratione, ſed illa
Pars ratione carens offundit nubila menti.
Unde genus miſerandum hominum per mille meatus
Vertitur in dubium, & veri veſtigia linquit.
Sponte mali inſurgunt ut noxia gramina ſemper:
Vir probus eſt ſophiæ, longique laboris alumnus.
Corde alii ſophiæ, aſt alii poſuere cerebro,
Atque alii nervis ſedem; ſic ſpiritus omnis
Poſt mortem æthereas non poſſet ſcandere ad auras.
Defluit enſe cruor, ſiccatur febre cerebrum;
Et gelido extincti remanerent corpore ſenſus.
Quis miſer incaſſum veneretur numina votis,
Balſama, thura, crocum, vel ſplendida templa pararet?

Digitized by Google

Morte carent animæ, poſt mortem magna voluptas
Præclariſque, boniſque, & cœli in parte locantur.
Comica vis decorat lepidiſſima in arte Menandrum:
Qui per legatos regali claſſe vocatus,
Exhilarat reges Ægypti, & regna Philippi:
Inter & arma viris ſapientia præſtat honores.
Manibus infernis nullo cogente paterno
Devovet exemplo Romæ ſe Decius audax,
Pro patria: atque mori ſummum ſibi credit honorem.
His quoque temporibus ſubigit Macedonica regna
Natus perdendis Pyrrhus, regniſque parandis,
Speque fuit vana, juſto quam ditior uſu:
Optima quæque Heros voluit, ſed nulla tenebat,
Antigonum vincit, Gallos regnoque repulſit.
Turbine belligerum pugnantem fortiter Argis
Imbellis mulier, delapſaque tegula ſternit.
Votis immodicis qui vaſtum concupit orbem,
Palmari obtinuit vix de tellure ſepulchrum.
Divitis Ægypti Ptolomæus ſceptra tenebat:
Ille ſororis erat Philadelphus, & artium amator;
Nam præceptori dat centum mille talenta
Munera, ſeptenos jamque excipit aula poetas
Regia, qui Plejades ſeptem ſunt inde vocati,
Bibliotheca ingens Sophiæ nova pabula præbet,
In qua Judaicis lectis circum undique ſcriptis,

Edita

Digitized by Google

Edita Divino patuere volumina ab ore.
Haud procul e muris Pellæi mira Canopi
Exstruxit monumenta Pharum, turremque micantem,
Nocturnus ne non vitaret navita rupes.
Principi at egregio plura haud conceſſit Atropos.
Tunc Evergetes Ægypti regna beavit,
Fata brevi rapuere virum, Philopatre ſecuto.
Sic placitum ſuperis! hæc nomina chara tenebat
E triplici letho fratris, matriſque, patriſque.
Sediſſe hoc monſtrum ſolio nos ſcilicet annos
Miramur multos: epulis, vinoque ſolutum
Corripit exhauſtis lethalis flamma medullis.
At ſoror & conjux Epiphanem dat Philopatro,
Regali titulo indignum, moriturque tyrannus,
Frœna Epiphani per littora multa relinquens.
Hunc ſequitur Ptolemæus Philometor, ridiculumque
Nomen habet, Cypriis matrem quia propulit arvis,
Et jam bella gerunt Romani prima per undas
Pœnorum, Siculo Hieroni ſorte favente.
Appius ingentem demittit in æquora claſſem,
Caudicibuſque rudem, unde illi poſt nomen adhæſit;
Hoſtes in propriis ſuperatque Duillius undis.
Regulus a Siculis fugientia terga ſecutus
Cæpiſſet florentem opibus Carthaginis urbem,
Ni palmas adimens claro, Xantippe, triumpho

Digitized by Google

Romanos Siculam pepulisses rursus ad oram.
Dux hic in patriam insigni pietate celebris,
Tormento invictus, quam bello clarior exstat.
Nunc statuit, Zeno illustris, tua Stoica secta
Humanas animas sola virtute beatas.
Sobrius, incolumisque diu sine crimine vitam
Expertem morbi centum protraxit in annos.
Interit in Syria Soter rex, & sua cingit
Tempora promeriti Antiochus diademate regni.
Hic Deus a Melenis dictus, quia morte tyrannum
Timmertum abstulerat, Berenicem rexque sororem
Laodicis nupsit: sed mœstum funere diro
Horret conjugium, prior uxor namque ministrat
Laodice incauto ridens aconita marito,
Fraudeque circumdans necuit Berenice sororem.
Sic quoque fœmineum regnandi cœca cupido
Patrare impellit Mavortia crimina sexum.
Ut vis, atque libido hominum, & petulantia summa
In solium tollant lethifera monstra coruscum.
Dissidiis fratrum rabidis Asiatica tellus
Perditur, atque Hierax devincit Marte Zeleucum.
Ipse Zeleucus adest Atilo ferus hostis avito:
Sed latronum Hierax defossus ab ense rapacum est,
Præcipitavit equus divellens membra Zeleucum.
Hunc sequitur proles Nicanore cæsa Ceraunus.

Vin-

Digitized by Google

Vindex jam regis decoraſti nomine Achae
Antiochum juvenem dictum cognomine Magnum.
Illi diſplicuit procerum nimis ampla poteſtas;
Edomuit Philopatrem armis, & regna ſubegit,
Præclarum reddens deſpectum nomen Achivo.
Hannibal in Romam ducibus jurata cruentis
Arma per Hiſpanas infeſtus concitat oras.
Quid majora loquar? genus inſuperabile bello
Heros Marte petit, disjectiſque Alpibus arte,
Punica Romanos terrebant agmina faſces.
Nec melior quiſquam Tyrio, aut ſolertior arma
Induit, & dubiæ parat agmina ferrea pugnæ.
Sive acies placuit quadrata extendere forma,
Cornua ſeu Lunæ referentes fronte catervas,
Nunc longum proferre latus, nunc forcipe curva
Hoſtiles cohibere manus, ſeu frangere late,
Sive infeſta movet cuneato milite caſtra.
Ticini ad fluvium victricis præmia palmæ
Prima tulit: Fortuna ſenem, te Scipio, linquit:
Sæpe etenim juvenes dilexit vana puella.
Bellona ad Trebiam palmas præbente fecundas,
Squallent marmoreo glaciata cadavera campo.
Flaminii præſtat petulantia magna triumphum
Ternum ad Thraſimenem, Pœnorum fraude peremptî.
Quartum vulnus erat Romæ, & prope funera, Cannis

Digitized by Google

Millia quinquaginta hominum cum Conſule cæſa
Sanguine Romuleo glebas tinxere virentes.
Ter, quaterque ineunt pugnam, ſed Marte ſiniſtro
Jam cedit turbata cohors, undantiaque urget
Agmina per medios volitans ferus Hannibal hoſtes:
Haud aliter, fama eſt, validis Samſona lacertis
Sæpe Palæſtinas campo ſtraviſſe phalanges.
Ingens exitium, clades licet iſta Quiritum,
Viſa parum eſt; nam Roma ſtetit, Carthago ruebat.
Heu brevis hora fluit! nunquam reparabile tempus
Perdidit, atque ducem lethali mollis atrocem
Edomuit Capua in gremio; rapit arma voluptas.
Otia ſectatur, feſtiva & commoda vitæ,
Clamoſiſque juvant ſpectacula falſa theatris.
Tunc belli rabies, & gloria magna triumphi
Vix trahit armigeros; laſcivis agmina ludis
Circumfuſa ruunt, cædi devota futuræ;
Romanos Pœnus cœpit non vincere, vinci,
Sed didicit. Fabius cunctando maximus hoſtes
Fruſtatur. Marcelli acies audacia ſternit.
Hi patriæ heroes, gladius, clypeuſque fuerunt:
Alter ceſſando, victor fuit alter agendo.
Pro dolor! Hannibalis caſu dum Marte Quirites
Effoſſis Capuæ invadunt mœnibus urbem,
Quis fuit illi animi ſenſus, prope caſtra jacentis

Dum

Digitized by Google

Dum caput avulſum fratris conſpexit, & atra
Cæde videt Pœnorum tot periiſſe catervas?
Hunc perdunt votis quantum contraria Fata!
Incolumes odio Romanas linquere terras;
Syphacem regno privari, & lumine vitæ;
Pacem perſuadere domi, quam fregerat ipſe;
Damnarique ſuis, Cannis quia parceret hoſti;
Principio levis error erat, ſed fine timendus.
Denique Bithynias oras, profuguſque, ſenexque,
Fortunam, & cives, luxumque, moramque peroſus
Tendit, Romana ſemper metuendus ab urbe,
Quæſituſque neci tamquam implacabilis hoſtis.
Hæc tandem memorans mortem properavit ad ipſam,
Ultro lethiferos exſugens pectore ſuccos.
Intrepidum quid cor, vigilantia ſumma, laborque
Aſſiduus poſſit, toto celebrandus in orbe
Edocuit, ſummuſque fuit dux Hannibal armis.
Sed tibi perpetui Fabius tribuentur honores,
Remige qui ammiſſo Romæ, vaſtante procella,
Maximus in tanto ſervaſti turbine cymbam.

Digitized by Google

LIBER VII.

EGregiis ducibus nunquam caruere Quirites:
Fulvius, & Gracchus, & præſtans Livius armis,
Nomina clara manent; neque te hic ommittere fas eſt.
Scipio, præclarus virtutis ſplendor in armis.
Victor Syphacem ter felix igne ſubegit,
Annibalem ferro, & Romanis ſubdidit Afros.
Dum poterat patriam Pœnorum ſubdere ſceptro,
Privatus vixit civis, ſed nomine tantum
Africani, animique æſtus compeſcere novit.
Sublime imperium! ſine quo vel ſumma poteſtas
Lævis auſpicis regales jactat honores.
Vana Syracuſiis Archmedes ſigna timoris
Monſtrat, & ingenium obſtupuit Marcellus acutum.
Hic opus eſt artis; collectis namque carinis,
Belligeris tormentis, dux fortiſſimus inſtat,
Aggreſſus Siculam violento Marte Minervam.
Sed Sophos in medio circumdatus agmine multo

Talia

Digitized by Google

Talia dicta refert: Cives, prudentia noſtra
Si ſteterit, vobiſque libet, ſuperabimus hoſtes.
Principiis obſta; portas claudamus apertas,
Neu ſic Romano cedamus turpiter hoſti.
Gloria nunc ſtimulat, pietas, charique parentes
Ulciſci patriam; Romæ contemnite nomen.
Inventa, indomiti Siculi, eſt machina nobis
Terribilis, longeque ingentia ſaxa Gigantum
Volvet, & emmiſſi Balearica pondera plumbi.
Credimus heroum cryſtalli aſſurgit Olympo
Spiritus, & vita fruitur ſine fine beata.
Inſideant timidi cornices oſſa profanæ,
Et comedant vario ſquallentia viſcera campo;
Impavidum ſemper potietur pectus honore,
Sacraque thuricremis ſurgent ſimulacra ſub aris.
Jam ſua cuique dies, & vitæ terminus exſtat:
Effugium Stygis antra petit, victoria cœlum.
Applauſere omnes, & ſtrictis enſibus inſtant.
Pars claudunt portas, pars muros tendit in altos,
Atque alii curvis inducunt flumina foſſis.
Interea reddunt clamorem caſtra tremendum,
Tergora pulſa boum reſonant, clypeique coruſcant.
En Marcellus adeſt, ſolio ſublimis eburneo
Inſidet, affatus paucis ſic agmina dictis:
Haud memorare opus eſt longo ſermone, Quirites,
Quam vos urget amor laudum, Romæque parentis;

Tot

Digitized by Google

Tot populi, tot victæ urbes, regesque subacti
Æternam tollunt præclara ad sydera famam.
Me duce Roma suis nunc certat viribus; hostes
Ecce Syracusios: Siculis regina sub oris
Urbs viget auratis spoliis, gemmisque superba.
Ibimus; indocilem ferri vis diruet urbem.
Dat plausus galeata phalanx; vis diruet, inquit.
Protinus armatum rubro nitet agmen amictu;
Hinnit equus, volitant currus, clypeique coruscant.
Dumque e cuniculis resonat tellure sub ima
Bellantum murmur, violentis ictibus æther
Insonat, & rigidi limatio cruda metalli.
Nunc acies urbem circum micat ordine certo:
Hortatur dux armigeros, undisque remotis,
Desilit in foveam furiosus belliger altam.
Nunc aries rostro muros evertit adunco,
Actaque præcipites auget ballista ruinas.
Jam quoque cærulei propiore in littore nautæ
Pennigero infligunt subtilia vulnera ferro,
Densaque ferratis penetrantur mœnia proris.
Perculsæ tremuere arces, dirumque fragorem
Reddunt armigeri bello, animisque potentes.
Ædificant alii cæso de stipite turrem,
Et super impositò concurrunt agmina ponte.
Ut navis medio in pelago, quam plurima ponti
Invadit rabies, fluctus superansque furentes

70 Pro-

Digitized by Google

Propoſito firma eſt, cunctis objecta periclis.
Sic nunquam Archimedes muro aut ſtatione repulſus
Fracta cruentatum contemnit tela Quiritum.
Qui ſunt conati turres fulcire ruentes:
Continuo infractam disjecit pondere molem.
Nauta ratiſque ſimul ſinuoſo forcipe prenſa
Frangitur, & tumidum longe jactatur in æquor.
Corpora ſic volvuntur equum, turmæque cavato
Tunduntur ſcopulo reſonantibus obruta ſaxis.
Machina belligerum divulſa cadavera circum.
Aera per, miſeriſque modis agitata laborat.
Contremuere omnes; ſed dux Romanus in urbem
Firmat corda minis; portas vi frangit ahenas.
Aſcenditque ſuos multo cum ſanguine muros.
Privata interea Archimedes ſe calùdit in æde:
Incurſantem abigens turbam, libroſque revolvit:
Et dum multigenis ſignabat ſtrata figuris,
Miles Lethea intentum ferus obruit umbra.
Ludrica in antiquum redeat cortina nitorem
Plautus ait; ſaleque urbano, plenuſque lepore
Scriptâ Menandræis produxit digna theatris.
Nec ſempre populo perſona eadem placet; huic vi,
Cultu illi: hunc dulce juvat, hunc ſcripta labore
Vel magno; aſt alium torrens quæ copia fundit.
Clara fuit quondam antiqui cenſura Catonis
Pectora ſed vitiis nimium exagitata coercet;

Quem-

Digitized by Google

Quemque ſibi vetuit luxum, tolerare per urbem
Aſpera moroſi noluit ſapientia Porci.
Effrænes epulas, & ſcorta procacia mulctat,
Scorta verecundum trepidantia nuda Catonem.
Peccati alterius ſemper delator acerbus,
Atque ſuis culpis pariter delatus & ipſe,
Egregius civis longum vivebat in ævum.
Hannibalem totis qui propulſaverat oris
Scipio diſſidiis laſſatus ceſſit ab urbe.
Jamque ætate gravis defuncto munere vitæ,
Grande triumphato linquebat nomen ab Afro,
Evectumque ducem ſublimia ad æthera dicam.
Illuſtris Philopoemen, Græcorum ultimus heros
Meſſenis captus, vinclis, & carcere cœco
Corpora lethiferis poſuit torpentia ſuccis.
Ecce propinquabat Pœnorum extrema ruina;
Stante Cato nutare putat Carthagine Romam.
Mars famæ egregiam juveni tibi, Scipio, meſſem
Exhibet; evertenda fuit Carthago nepoti,
Quam proavus quondam fauſtis devicerat armis.
Contra Romanos obſeſſos, Aſdrubalemque
Armat deſperatio formidabile telum.
Unde mori poſſunt homines, non vincere ſemper.
Ignibus incendunt Pœni Carthaginis urbem:
Nota parum his fuerat clemens tua, Scipio, virtus.
Hic generi nomen devictis rurſus ab Afris
Addidit, & Romæ firmata pace triumphat.

COE-

Digitized by Google

LIBER VIII.

NUNC Luſitanis Viriatus notus in agris.
Venator celerum pertæſus cæde ferarum,
Fit latro, & ſubito dux e latrone timendus:
Rex tandem Romam aggreditur felicibus armis,
Pluribus atque annis viguit fortiſſimus æſu.
Imperat in Syrios Demetrius ille Nicanor,
Quem Bala devincit, fugientem interficit enſe.
Tryphon poſt Pſyſcon Ægyptia Regna tuetur;
Occiditur Tryphon, Seletes Antiochuſque
Regnat, fratre ſuo longo certamine cæſo;
Et Demetrius uxorem recipit Cleopatram
Cum ſolio; cadit ipſe ſuæ mox conjugis arte,
Sanguineis monſtrum valde execrabile factis
Omne nefas patrat retinendi ſceptra furore:
Prolem Seleucum regnam moderamine ſceptri

Et

Et fratrem Antiochum ſcelerata necare volebat:
Ipſa coacta ferox funeſtum haurire venenum eſt,
Nato quod parat; audaciſſima ſponſa ſuorum
Tortor atrox procerum laudanda eſt cæde perempta.
Expugnata ruit celebrata Numantia tandem,
Quæ toties ſtravit Romanas enſe catervas.
Scipiadis laus hæc: primum is devincere cæpit
Agmina Romulidum cultu luxuque ſoluta;
Mox ſequitur rigidas victoria prompta phalanges.
Obſtat belligeris tantum maleſana voluptas.
Quid Gracchos referam diverſam haud morte peremptos,
Eloquio inſignes? nec non ſine laude fuiſſent
Ni Patria infauſtis prope foret obruta rixis.
Dignior at fletu ſtudiis, belloque celebris
Mortuus in thalamo, tu Scipio, fraude repertus,
Victima nil miſerantis atri ſpectaris Averni:
Fama tibi at toto monumentum condit in orbe.
Luxuriem prædulce malum tunc Roma ſubivit,
Admiſit porta damnumque, & dedecus una.
Splendida venalem corrumpunt dona Senatum
Jamque oritur bellum minima cum laude Jugurthæ.
Profecto imperium Roma haud perdidit ipſum,
Sed famam ammiſit columen moderaminis omnis.
Rex tamen a forti devictus Marte Metello,
Inque manus Syllæ a ſocero delatus avaras,

Heu!

Digitized by Google

Heu! trahitur longis celsa ad Capitolia pompis.
Ut Regnum teneat diris est artibus usus:
Audax, occultus, gressu quo scandit ad altum
Hic solium, simili durissima probra ferebat.
Pompejus, Cicero, clarissima lumina Romæ
Nascuntur; sexto post illos Julius anno
Prodiit in lucem. Quæsitum est profuerit ne,
An patriæ obfuerit? tibi gratia nulla Quiritum
Debita, Cæsar, erat qui impleris cladibus orbem,
Ut tibi regnandi via spinis hirta pateret,
Et libertatem posses ut demere Romæ.
Chrysæa resonante lyra nunc finditur aura,
Parnassumque vocat vates venerandus ad altum,
Qualem vix fido teneris contingere pennis;
Virgiliusque trahens longo sub pectore vires
Instat Olympiacæ rapturus dona coronæ.
Jam metam properat, rapidusque per ardua nodis
Ad famam eluctans voces comitabor ovantes.
Hic pater herbarum, & compos modulaminis omnis
Ruricolasque, ducesque atque horrida bella canebat,
Mitescit primum tepida cum Jupiter aura,
Et lenis Zephyrus florentes evocat herbas.
Aseræus gaudet mellis redolentis amator
Dum mores, & apum studia in præstante libello
Noscit Virgilii: docto monituque beatus

Agri-

Agricola incurvo tauros exercet aratro.
Hinc vates magnas clades miſeratus agreſtum,
Si lupus in cultos decurrit perfidus agros,
Ante diem ſuadet crebris depellere ſaxis.
Nunc tentat divina loqui, Phœbuſque ſacratam
Vati dat laurum; Martis, Veneriſque furores
Seminat Æneados; ſonitus clangorque tubarum
Inſonat, & tenuem ſine vulnere vulnerat aurem.
Dumque notant proceres pauciſſima verba loquentis
Pro me, Cæſar, ait ſat carmina noſtra loquuntur,
Approbat Auguſtus vatis reſponſa modeſti
Virgilium & ſapiens animis excepit, & aula.
Raro prævaluit viventis fama poetæ;
Illi ſed quæ vix ducibus largitur honores,
Applaudens toto conſurgit Roma theatro.
Inclyta perpetuo mens tandem condita ſomno eſt,
Parthenopeque dolens raptum gemit orbe poetam.
Nobile de Pario monumentum marmore ſurgit,
Et cinis aurata pretioſa reconditur urna.
Tota cohors vatem Aonidum ploravit ademptum.
Spiritus egregio ſolis conjungitur aſtro.
Hector non minus arma rapit, ſi fortis Achilles
Fulminat; eximium ſi non Fortuna triumphum
Præbuit, ille tamen nunquam ſpoliatus ab omni
Laude fuit, nec mutus erit qui vincere neſcit

Vir-

Digitized by Google

Virgilium: argentum haud livet ſi fulgurat aurum.
Debilitate potens qui tendit ad æthera Olympi
Cum cadit erigitur, vincit dum vincitur; ultra
Mortales greſſus videt aurea templa Tonantis.
Pompejus Magnus fundamina prima theatri
Muris erexit ſolidis Mavortis in agro;
Inque triumphantem Mithridatem bella paravit,
Extremam Romanum aquilas laturus ad oram.
Nunc Arabum turmæ, nunc Albana agmina, nunc &
Judæi, Hiſpanique cadunt, & plurima ab ortu
Solis ad occaſum retulit Victoria palmas.
Jamque triumphatum terrarum vicerat orbem
Roma ferox; Parthos addit qui rumpere fœdus,
Fallere, & effugere e pugna, quam prœlia malunt.
Incolit Oceani qui Caſpia regna Borei,
Qnique fretum ſpectant Rubrum ditione ſub una,
Indorumque urbes vincuntur ab enſe Quiritum.
Jam Africa, & Europa Pompejus Marte ſubactis,
Atque Aſia pariter Capitolia ad alta triumphat,
Ipſe triumphantis mox triſtis victima Fati.
Abripitur volvente rota Rhamnuſia Diva,
Turbine ſed cœco deceptos perdit amicos.
Hactenus invictum, celebratum nomine Magni,
Pompejum vicit divino ſanguine Cæſar.
In ſomnis miſero apparet Pharſalicus horror,

Ter-

Digitized by Google

Terret & undiſoni longum maris æquor arandum.
Spes hominum vanas! Sors illi dura remanſit,
Haud etenim ſævis vita eſt fidenda tyrannis.
Littora cur adiit Ptolomæi nota cruenti?
Barbara turba vocat regem, dominumque ſalutat.
Sed ſcelus infandum! amplexu jam colla tenentem
Tranſcidit Eunuchus ferro regalis acuto,
Pro dolor! abſciſſumque caput demittit ad aulam
Cæſaris; informem truncum, ſacrumque cadaver
Linquit in exuſtis Libyæ ſceleratus arenis.
Talia cernentis gelidus tremor oſſa pererrat
Conjugis, & vaſti fremuerunt Numina ponti.
I nunc pompa ferox, vultus in pulvere merſos
Deſpice Pompeji, terræ pelagique labores
Mors pedibus calcat; reſecanti falce triumphans
Purpureos ſternit reges, inopumque tabernas.
Dotibus egregiis placuit tibi purpura, Cæſar,
Heros, facundus, dictu generoſior omni.
Ni tot poſt animi dotes, præclaraque corda
Verteret in patriæ exitium ſitis improba Regni.
Ambitione tumens, famæque cupidine captus
Bellum infert Parthis dum, conſpirante Senatu
Heu crudele nefas! ſicis jugulatur acutis,
Sed mortem Pater omnipotens eſt ultus amaram:
Tres tantum ſociis dat percuſſoribus annos,

San-

Digitized by Google

Sanguinem ut effuſum ſanguis, cædeſque rependat.
Imperio Auguſtus potitur, laus, gloria ſæcli,
Ni caput abſciſſum Ciceronis, & aurea lingua
Infixa in roſtris crudeli cæde fuiſſent.
Hic tandem Nolæ morbo, ſenioque gravatur
Utque ajunt viro: ſatis eſt morbuſque, ſenectus.
Tiberius ſequitur vultus ſimulator honeſti,
Monſtrum hominis dirum, cui damna aliena placebant.
Obruitur magno impoſti ſub pondere lecti,
Impuramque animam Stygias emmiſit in undas
Proximus huic, hominis vix dignus nomine, tantum
Excipit imperium Caligarum nomine dictus;
Vulnere non uno hunc obtruncat Cherea vindex.
Appoſuit Claudi menſis Aggrippina boletum,
Qui propriam ſapidis mortem depaſcitur eſcis.
Ulcus atrox hominum, matriſque necator, & errans
Pallidulus Nero ſtricto ſe percutit enſe.
Galba ſenex tenuit cum per breve tempus honores
Imperii, juſſu cecidit confoſſus Othonis.
Mollis Otho vitæ generoſa morte redemit
Flagitia, occubuitque ſuo ſine murmure ferro.
Te, cum bacchatus fueras ſine lege, Vitelli,
Carnificis manus haud indigna morte peremit.
Veſpaſianus erat moderatus, fortis, avarus:
Perficit hic templum Pacis, mundoque receſſit.

Deli-

Digitized by Google

Deliciæ humani generis, Titus inclytus heros
Ante quidem meruit, ſummos quam carpſit honores,
Ecce licet victor dignos cum patre triumphos
Duceret, eximiæ pietatis fertur amator
Fecerat a primo quum jam nihil utile ſole,
Perdidimus, dixiſſe, ille diem. Libitinæ ſepulchrum
Incaſſum pandit; rapitur ſublimis Olympo.
Venatur denſos muſcarum frater acervos,
Nunc hominis miſeri, nunc muſcæ funere gaudens,
Tot mactat cives trepida furibundus in urbe.
Sed tandem hunc miles ſæva confodit in aula.
Hunc ſequitur ſenio confectus Nerva retorto
Qui prudens vaſti cognovit pondera regni.
Explerat vix curſum anni, Trajanus ad altum
Cum ſolium evehitur, dignus moderamine tanto.
Incipit enormes triviis hic fixare columnas,
Virtutum omnigenum Princeps, niſi Roma ſub illo
Perſectata eſſet cultores impia Chriſti.
Intumuit Selini diſtenta venter ab unda,
Et cineres patriam Capitolia ad alta relatæ.
Imperat Adrianus confidens arte Magorum,
Et belli impatiens muro compeſcuit Anglos.
Sed labor infelix, nam murus ahæneus illi
Cor fuit armigerum. Chriſti cultoribus hoſtis
Viginti retinet regalia ſceptra per annos.

Tan-

Tandem vix rabidos concluſit fame dolores.
Defuncti regis pius Antoninus honori
Ædificat miram ſculpto de marmore molem.
Continuit gentes non vi, at virtute remotas,
Lethalis tandem febris depaſcitur artus.
Tunc ſophos Aurelius regni ſuſcepit habenas:
Vexat Chriſticolas: ſervus comitante maligna
Uxore egregii turbavit geſta monarchæ.
Sarmaticis bellis præclara morte quievit.
Commodus Aurelii, ſeu formoſiſima proles,
Ut perhibent pugilis, ſacrum mactare Senatum
Auſus erat regno primum, ſolioque potitus.
Hæc prope ter denos peſtis graſſata per annos
Obruta Narciſſo vacua calcatur arena.
Helvius, & Didius paucis ſunt menſibus uſi
Imperio; his certo penetrantur viſcera ferro.
Bella Severus agit, clarum ſuperatque Byſantum,
Chriſticolas cruciat, ſanctum truncat Polycarpon;
Diſſenſu natum fracto ſemota Britannum
Finem ſanguineæ fecit provincia vitæ.
Impius infauſtæ Caracalla inſignia Romæ
Sumit, & incautum aggreſſus jam vulnere fratrem
Innumeroſque alios, queis parceret ipſe Severus,
Militis enſe ſui cadit ictus victima Carris.
Nunc puer aurato cingit diademate frontem

Helio-

Digitized by Google

Heliogabalus Soliſque, Joviſque ſacerdos.
Barbara ſponſa illum juvat omni crimine fœda,
Imperat iſta viro, Romæ, populiſque Quirini.
Ultimum erat portentum hominum; aſt a milite cæſus,
Injicitur tetrum digna cum matre barathrum.
Hactenus Aonides Fatum cecinisse Camœne,
Sit ſatis, & præſens adſis mihi, maxime GEORGI,
Artibus eximiis decus, & tutamen amicum.
Haud petis inflari populari laude, nec ipſam
Deſpicis oblatam, ſtabili virtute decorus:
Juſtitiæ, Paciſque ſator, puri altor amoris,
Demulcens iras Patriæ, Martemque refrenans.
Cui Deus arridet, ſequitur Fortunaque, cunctæ
Applaudunt gentes, magna & pars ſubditur orbis.
Jamque laborifera deſcendit Muſa quadriga:
Otia grata refert Venetis ruralia Majus;
Et Bucentauri celebratur pompa ſuperbi.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google